



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XVII. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Dramburg einen Platz zur
Erbauung einer Wassermühle, am 1. Januar 1350.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XVI. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Dramburg wegen deren Heimsuchung durch die Polen zu ihrer mehreren Befestigung auf 5 Jahre ihre Abgaben, am 1. Januar 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. Intuentes turbaciones et molestias, quibus discretos viros consules civitatis Dramburch, fideles nostros dilectos, per polonos hactenus perplexos fore novimus, ipsos a dacione pensionis sue annue a festo beate walpurgis proxime veniente ultra per quinque annos continuos immediate succedentes libertamus, his annis durantibus ab eadem liberos esse volumus et habere supportatos omnimode per presentes, Sic tamen, quod predictas pensiones stante libertate in muros et munimenta civitatis scientifice convertere debeant sine dolo, pro qua quidem liberacione nobis predicti consules in XL marcis argenti brandenburgensis satisfecerunt, de quibus ipsos quitos dicimus presentibus et solutos. In cujus etc. Datum in civitate nove Landesberg, Anno MCCCL, feria VI circumcissionis domini.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 196.

XVII. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Dramburg einen Platz zur Erbauung einer Wassermühle, am 1. Januar 1350.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. Annuimus discretis viris consulibus civitatis Dramborgh, nostris dilectis, et annuere decrevimus per presentes, quod molendinum aquaticum in loco, in quo prius molendinum edificatum fuerat, eidem civitati vicino potuerint edificare. Quem quidem locum illustris princeps Otto et Woldemarus, Marchiones Brandenburgenses, predecessores nostri felicis recordacionis, predictis consulibus in emendacionem civitatis sue, et molendinum pro suis usibus ibidem edificatum appropriaverunt, Quam vero appropriationem confirmamus, sic quod ipsum molendinum, dum constructum fuerit, cum singulis suis pertinenciis ex eo derivandis debebunt, sine nostri, heredum et successorum, officiatorum quoque nostrorum presentium et futurorum quorumlibet obstaculo, perpetuis temporibus pretacte civitatis consules appropriationis titulo, solempni renunciacione adhibita, quiete et pacifice possidere. In cujus etc. Testes Swartzburg, Haffe senior, Haffe de Valkenburg, dicti de Wedel, Henricus de Vchtenhagen, Olth, milites, Johannes de Wedel. Datum in nova Berlin, Anno MCCCL., feria VI die circumcissionis domini.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 238.